Österreich (Wien), 1473-1474

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Iudicum.

140

g eis: atq; ita factum est ut ex
vtraq; parte ab hostibus cade-
rent: nec erat ulla requies
morientium. Cecideruntq; pro-
strati sunt ad orientalem pla-
gam vrbis gabaa. Fuerunt
autem qui remanserunt de eodem loco interfec-
ti sunt decem et octo milia virorum
omnes robustissimi pugnatores
Qui cum prodissent qui remanse-
rant de benjamin fugerunt
in solitudinem: et peruenerunt ad
petram rimmon. Verumtamen
in illa quoq; palatiorum et in fuga
diuersa tendentes occiderunt
quinq; milia virorum et cum ultra
tendentes persecuti sunt eos: et in-
terfecerunt eorum alia duo mi-
lia. Et sic factum est ut omnes
qui ceciderant de benjamin
fuerunt viginti
quinq; milia pugnatores ad
bella promptissimi. Remanse-
runt itaq; de omni numero be-
njamin qui euadere potuerunt
et fugere in solitudinem secreti
loci: sederunt q; in petra rimmon
mensibus quatuor. Regressi autem
filij israel omnes reliquias ciui-
tatis a viris usq; ad iumenta
gladio prosteruerunt: ciuitatesq; vr-
bes et vicos benjamin vo-
rax flamma consumpsit. XXI

h Iurauerant quoq; filij is-
rahel in maspha: et di-
xerunt. Nullus noster
dabit filios benjamin de fi-
liabus suis vxorem. Venerunt
q; omnes ad domum dei in silo
et in conspectu eius sedentes usq;
ad vesperam leuauerunt voces: et
magno vlulatu ceperunt flere
dicentes Cur fecit domine deus is-
rahel factum est hoc malum in
populo tuo ut hodie vna tribus
auferetur ex nobis. Altera autem
die diluculo consurgentes exstru-
xerunt altare: obtulerunt q; ibi
i holocausta et pacificos victimas
et dixerunt filius non ascendit
in exercitu domini de vniuersis tri-
bubus israel. Iuramento se
astrinxerant cum esset in maspha
mortem eos qui defuisset: ducti
q; penitentia filij israel super
fratre suo benjamin ceperunt di-
cere. Ablata est hodie vna de israel
inde vxores acciperent:
omnes enim in commune iurauim-
mus non dabimus nos nostras filias
nostras. Sed ecce dixerunt ecce
est de vniuersis tribubus israel
qui non ascendit ad dominum in mas-
k pha. Et cum inuenti sunt habita-
tores iabis galaad in illo exer-
citu non fuisse eo q; hic cum es-
sent in silo nullus ex eis in
repertus est direxerunt itaq; de-
cem milia virorum robustissimos
et preceperunt eis. Ite et percu-
te habitatores iabis galaad
in ore gladij tam vxores quam
parvulos eorum et hoc est quod
observare debebitis. Omne ge-
neris masculini et mulieres
que cognouerunt viros mixtate
virginum interficite. Inuenta sunt
de iabis galaad quadringente
l virgines: que nesciebant viri
thorum: et adduxerunt eas ad
castra in silo in terra chanaan
direxerunt q; nuncios ad filios
benjamin qui erant in petra
rimmon et preceperunt eis ut
eos susciperent in pace. Venerunt
q; filij benjamin illo tempore: et da-
ta sunt eis vxores de filiabus iabis
galaad: alias autem non inuenerunt